

Sigismund Schorckel


**AD ILLVSTRIS=||SIMVM PRINCIPEM, ET || DOMINVM D. PHILIPPVM .I. DVCEM ||
POMERANIAE ETC.|| OB FILIVM RECENS NATVM || GRATVLATORIVM.||
PSALMVS V.|| VERBA MEA AVRIBVS PER=||CIPE DOMINE: LATINO CARMINE
REDDITVS || ET EIDEM DICATVS.|| AVTHORE.|| M. SIGISMVNDO SCHORKELIO
NAOVRGENSE || professore bonarum literarum in Academia Gryphisualdensi,||
ANNO 1549. Mense Februario.||**

Lübeck: Balhorn, Johann d.Ä., 1550

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880562250>

Druck Freier  Zugang





V076 durchgeh.


12. a. 2.

Kleinere mitre Kennzahlen!

Cg - 1293 ^{1-30.} <16. Jhr>
 Paläotype
~~C. II. f. 1048~~ ^{1-33.} Ink
 C II f

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis


22/2



24
434

AD ILLVSTRIS-
SIMVM PRINCIPEM, ET
DOMINVM D. PHILIPPVM .I. DVCEM
POMERANIAE ETC.
OB FILIVM RECENS NATVM
GRATVLATORIVM.

PSALMVVS V.
VERBA MEA AVRIBVS PER-
CIPE DOMINE: LATINO CARMINE REDDITVS
ET EIDEM DICATVS.



A V T H O R E .

M. SIGISMVND^e SCHÖRKELIO NAOBVRGENSE
professore bonarum literarum in Academia Gryphwaldensi.
ANNO 1549. Mense Februario.

LVBECAE Typis suis recens excudebat
IOANNES BALHORN, Anno
CHRISTI nati, M. D. L.

LECTORI

εἰ μὲν Ποίησις ἐστὶ μὲν καλλίστη
αἴσαι περὶ τῶ θεῶ
ἄρχων δ' ἄνευ ἱεῶ θεῶ νομίζεται
ὅτι ὁ φιλιππῶ ἴφθιμῶ
τὸ ποίημα ἐπαινέσθε τὰ κερ ἐκόπως
φύβω και μύσαισ ἀξίωμ
ἐν ᾧ γέγραπται σιχοῖς ἐυσεβέσαιτοῖς
ἡ ἀρχονά περὶα και θεῶ.

P. V. VRATISLA.



24
435

AD ILLVSTRIS- TRISSIMVM ET CLEMEN-

TISSIMVM PRINCIPEM, ET DOMI-
NUM D. PHILIPPVM STETTINEN-
SIUM, POMERANORVM, CAS-
SVBIORVM, ET WANDA-
LORVM DVCEM PRIN-
CIPEM RVGIAE ETC.

OB FILIVM RECENS NATVM
GRATVLATORIVM.

Inclite magnanimum Heroum de sanguine Prinæps,
Quo gaudet Domino gens Pomerana suo.
Prinæpe quo tellus gelido subiecta Booti,
Audit adhuc uerbum maxime CHRISTE tuum.
Quo duce sanctarum reuerentia debita legum,
Floret, & hoc spretæ tempore Pierides.
Acæpe non duro Princeps mitissime uultu,
Quos mitti uersus nostra Thalia tibi.
Tota tuo gaudens plaudit Pomerania nato,
Locatur domino quodq; sit aucta nouo,
Vtq; solet Puffa Phœbæo lumine nube,
Clarus in offenso Cynibius ire die,
Diffuguntq; graues parientia nubila nimbos,
Cum Titan radijs disijcit illa suis.
Sic quoq; post uarias curas & mille pericla,
Iner uenturos præteritosq; metus,
Lata nouo gaudet Pomerania prinæpe nato,
Te alebrans uotis optime CHRISTE pijs.
Hos iner plausus & publica gaudia (quamuis
Nostra parum largo gurgite uena fluat
Quamuis sint alij, muse quibus ora liquore
Castalij fontis feruore rigant)

A ij

Cum

Cum reliquis tamen & mea me coniungere uota
 Sinceri fidus pectoris urget amor.
Magne puer, quo se Pomerania iactat alumno,
 Et caput e cunis gaudia tanta tuis,
Longa tibi Deus & foelicia tempora uite
 Donet, & exortus fata secunda tui
 Ut facili pariter caris cum fratribus euo,
 In patris crescas munera magna tui
Vtq; tui magna mentis pietate parentes
 Verba saluiferae religionis amant.
Sic duce te fidi coelestia dicta ministri
 Aeterni regni semina sacra serant
Ordinibus summis haec est dignissima cura,
 Imperio mandat quam Deus ipse suo.
Te duce Pieridum coelestia sacra sororum
 Ingenus arctis, terra paterna colat,
Nam uelut Amphitryoniaden florere, deasq;
 Castalidas iuncto foedere fama refert
Hae celebrant meritis Alcidae laudibus acta,
 Viribus inuictis protegit ille deas
Sic deat herodas generoso ut pectore musas,
 Ingenus arctis, cum pietate tegant
Hae uia, qua sandant sublimia culmina caeli
 Et precium iusta pro pietate serant
Fallor, an & clarum fausto tibi sydere nomen
 Viribus ingenij signat Atlantiades?
Et que nascenti niueis super aethera bigis
 Affulsit radijs Cynthia leta suis?
A studijs (mea me si non praesagia fallunt)
 Pectora promittit, non aliena, bonis
 iam generose puer risu cognosce parentes,
 Ut tibi blanditijs oscula mixta serant,
Incipe magne puer risu cognoscere matrem,
 Gaudeat ut tanto leta puerperio
Es tua circumstant leti cunabula fratres
 Infiguntq; tuis oscula blanda genis

Nascentis

Nascenti sua dona ferunt, tibi Phæbus Apollo
 Nec non Aönij numina docta chori
 Iam tibi incundi genialia tempora ueris
 In cunas aderunt officiosa tuas,
 Iam tibi prima nouos flores munuscula tellus
 Fundet, & é tepido germina leta sinu.
 En age foelici princeps adolesce, iuuant
 Sydere, præsidio cinctus ubiq; Dei
 Incluya ut equiparans præclari facta parentis,
 Sis merito priscais annumerandus auis.
 Hoc mecum quicumq; pij, quos commoda tangunt,
 Publica, sollicita mente precantur idem.
 Hoc petit assiduus uotis Pomerania florens,
 Gaudeat ut dominis tempora longa suis
 At tu, cum patruo qui Balthica litora iusto
 Imperio, placide celse Philippe regis,
 Accipe pauca tuo natalia carmina nato
 Scripta, nec ingenij numera sperne mei
 Attulit ut quondam sua munera pauper ad aram
 Et placuit pietas officiosa Deo,
 Et tenuis uulgs tenuissima munera reges
 Interdum placida mente probare solent,
 Sic quoq; tu placida precor hæc clarissime Princeps
 Mente legas nato carmina facta tuo.
 Addimus & sancti carmen regale Davidis,
 Quod populo scripsit rex pius ipse suo
 Quo memorat, sacri coelestia dogmata uerbi
 Qualibus oppugnet gens scelerata modis
 Quæ sua pro CHRISTI mendacia spargere uerbo
 Audet, in exitium perdita turba suum
 Ardentiq; Deum Iessides mente precatur,
 Ne sua corrumpi dogmata sacra sinat
 Illud temporibus quia non male conuenit istis,
 Ausonijs uertit nostra Thalia modis.
 Accipito Princeps uultu mea scripta sereno,
 signaq; sint animi qualiacunq; mei.

A J Perge


Perge bonas artes coelestia dona tueri,
Saluificaq; pium religionis opus
Sic tibi cunctipotens placidissima tempora pacis,
Et uite tribuat tempora longa tue.
Sic tua foelia proles adolescat in euo.
Et tecum fiant, cum seniore senes.

FINIS.

PSALMVS V.

DAVIDIS LATINO CARO

MINE REDDITVS.



Svmme Deus, quem principio, quem fine carentem,
Authorem rerum, maximus orbis habet,
Huc aures aduerte tuas, mitissime rerum
Conditor, Hec animo percipe dicta tuo
Fac meus hic tandem flectat tua pectora clamor,
O rex, ò animæ cura Deuq; mee.
Accipe non duro uultu pater optime, quæ nunc
Solliato fundam mæstus ab ore preces,
Orantis tristes gemitus uelociter audi,
Et tempestiue quam potes offer opem,
Attento cupio tua pectore uerba tenere,
Quidq; uelis summo manè notare paro.
Cumq; aurora suos ortus pulcherrima caelo,
Extulerit roseo conspicienda sinu
Manè tuos cultus tuq; atria sancta reuisam,
Quaq; uelis disam religione coli
Nam tu non Deus es, cui turpia facta placrent,
Perdis, & euertis quos malefacta iuuant.
Impia turba sui nimium uirtute superba,
Que sese iactat posse placere Deo,
Ante tuos sordet uultus polluta reatu,
Offendunt oculos impia facta tuos.
Obrus exitio quos false crimina lingue,
Et pietas mendax fictaq; uerba uiuant,

Quiq;

Quisq; auid coedis & fraude nocere parati,
 Hæc est ante oculos turba nephanda tuos.
 Ast ego sancta tui consendam limina templi,
 Non me confisus, sed bonitate tua,
 Illic te uotis supplex uenerabor ad aras,
 Plena timore tui pectora, dona frens.
 Summe Deus tu me patria bonitate gubernas,
 Ne spolier uerbo, iustitiæ tua,
 Tu rege consilij inuicia probra timentem,
 Gaudia ne apiat lapsibus ulla meis
 Utq; uias teneam, nec me trahat impius error,
 Ingrediar uerbo sac præuente tuo
 Nil habet illorum ætæ doctrina, sed adunt
 Ambiguis plenos uoabus ore sonos.
 Corde tegunt diros parientia dogmata luctus,
 Plenaq; mordaâ pectora felle gerunt
 Fauibus effundunt stygijs locale uenenum,
 Rictus, ut in tumulis tetra uorago, patet.
 Blanda ueneno mentitur lingua susurro,
 Et struit incautis perniciosâ dolos.
 Pestiferum genus hoc Deus argue, disijce, perde,
 Ne quod ceperunt perficiatur opus,
 Eijce tam tetra qui te impietate læssunt,
 Teq; Deum contra bella nephanda gerunt
 At quicumq; fide nixi tua uerba sequuntur,
 His da lucæ nouis lætitiâq; frui.
 Fac te perpetuo laudis uenerentur honore,
 Auxilio læti, presidicq; tuo,
 Gaudeat optatis per te successibus, omnis
 Qui fidente tuum pectore nomen amat
 Nam ueluti tutus clypei sub pondere miles,
 Excute hostili spicula iacta manu :
 Sic quodq; cincta tuo piâ gens, & tuta fauore,
 Munitur dextra protegiturq; tua.
 Et ueluti scuto patria bonitate coronas
 Quotquot synera te pietate colunt.


FINIS.





ἔἰς τὸ Παράσημον
Inclitorum POMERANIAE DVCVM.

Ingenio superat cunctas Aquila alta uolucres
Quadrupedum, trux est, gloria summa, Leo.
At melior GRYPHVS forma praesignis utraq;
illius ingenium, Robur & huius habet.

P. V. VRATISL.







eis 70
 Inclytorum PO
 Ingenio superat cum
 Quadrupedum,
 At melior GRYP
 Illius ingenium,

DVCVM.
 uolucres
 summa, Leo.
 signis utraq;
 is habet.



mm 0 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200
 Inch 0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
 C1 B1 A1 C2 B2 A2 B3 A3 B4 A4 B5 A5 B6 A6 B7 A7 B8 A8 B9
 Patch Reference numbers on UTT
 10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
 UB Rostock 05 15000
 the scale towards document
 4.5 5.0 5.6 6.3
 Image Engineering Scan Reference Chart IT263 Serial No. 033